ille retuliſſet. Capiāt ḡ parentes inde exē- C
plū ſi habeāt filios aut filias aut ancillas
mēdoſas: ꝛ nō audiāt eoꝝ mēdacia: ſꝫ eos
corrigāt ꝟbis ꝛ factꝫ. Adhuc grauiꝰ dānā-
tur q̄ mēdaciū ſcribūt in cartis ꝛ libris. In
q̄bus nō ſoli peccāt ſed oēs legētes ꝛ ſtudē-
tes in eis. Iō dicit Señ. in ep̄la ad Lucil-
lū. Turpe eſt aliud loq̄ ꝛ aliud ſentire: quā-
to turpius aliud q̄ꝫ decet ſcribere. Graui-
ter etiā peccāt q̄ aliis mēdacia ſua impro-
perāt ſicut q̄dā ſolēt dicere. Tu mentiris:
qd̄ valde inhoneſtū eſt: q̄ñ iuuenis hoc fa-
cit ſeni: mulier viro ꝛ filiꝰ pr̄i. Adhuc gra-
uius ē ſi hō facit h̄ ſctō viro. vñ recitat Ci-
rillꝰ i ep̄la ad Aug. de miraculis ſcti Hier.
ꝙ cū q̄dā hereticꝰ peſtifer arrianoꝝ in q̄dā
diſputatione cuidā gl'ioſi Hieronymi au-
ctoritatē ꝯtra eū iducēti ſua temeritate re-
ſpōdit ꝙ Hieronymꝰ mētiret̄ ſubito fuit vl-
tiōe diuia ꝑcuſſus ꝛ vocē deiceps nullate-
nus formauit. adhuc grauiꝰ peccāt q̄ dicūt
diuinā ſcripturā mētiri q̄ eſt iſpirata a ſpū
ſancto. ¶ Nō falſum teſtimoniū dices.
Tertio peccant cōtra illud preceptū:
omnes qui primum ledūt ꝟbis in- D
iurioſis. Et ſm̄ Aug. hic non ſolum
ꝓhibet̄ mendaciū: ſed etiā omne nocumen-
tum: ꝛ ſunt. xij. perſone que verbis iniurio-
ſis primum offendunt: quarū prime ſex le-
dunt fraternā fidelitatē: alie ſex fraternaꝫ
charitatem. Igitur tales ſunt.

Deriſores.	Suſurrones.
Detractores.	Traditores.
Conuitiatores.	Iactatores.
Litigatores.	Cōminatores.
Falſi laudutores.	Iudicatores.
Falſi adulatores.	Falſi cōſiliatores.

¶ Primi ſunt deriſores q̄ ledunt proximuꝫ
deridendo ꝛ ſubſannando. De quibꝰ vere
dicit̄. Subſannās ſubſannabit̄ deridēs de-
ridebit̄. Cuiꝰ exempluꝫ ptꝫ in ſctō Brictio
qui deriſit ſctm̄ Martinuꝫ q̄ poſtea fuit ab
alio deriſus. vt patet in ſua legenda. Un-
de dicit Iob capi. xij. Deridet̄ iuſti ſimpli-
citas. Nemo igit̄ debet aliū deridere ſi cer-
nit eū eē defectuoſum i natura: ſicut cōiter
iſti laſciui ſocij faciūt: teſte Iuuenale ſic di-
cēte. Loripedē rectus derideat ethiopē al-

E bus. Dicit ſanctus Tho. in. ij. ij. q. Deriſor
videt̃ intendere ꝙ ille q̇ deridet̃ erubeſcat.
Eſt g̊ ſpẽale pctm̃ q2 habꝫ ſpẽalē finē: et eſt
pctm̃ veniale qn̄ defectus q̇ in alio deridet̃
paruꝰ eſt. Sed eſt pctm̃ mortale qn̄ ille de=
fectus ⁊ illud malū qđ in ludū ⁊ riſum ver
tit̃ eſt magnū: ⁊ tanto grauiꝰ quāto maior
reuerētia debet̃ pſone q̇ illudit̃. Vn̄ grauiſ
ſimū pctm̃ eſt deridere deū: ſicut iudei fece
rūt chr̄o: deīde parētes: deinde iuſtos. Jō
Micol deridēs Dauid: ſterilis facta eſt. vtꝫ
ij. Reg. vj. Sic grauiter peccāt q̇ derident
paupes in vili habitu incedentes. vtꝫ. xxj.
q. iij. ca. om̄es ⁊ etiā monachos. Primo fi=
lij nō debēt deridere parētes: ne videātur
imitatores Cham q̇ deriſit patrē ſuū: ⁊ in
ſeruitutē a pr̄e redactꝰ eſt. vt ptꝫ Gene. ix.
Maledictꝰ Chanaā eris ſeruus ſeruorum
fratꝝ tuoꝝ. Jn p̄mo ſeruitꝰ exorta eſt. Cō
tra q̊s Prouer. iij. Oculū qui ſubſannat pa
trē ⁊ partū deſpiciet mr̄is ſue ſuffodiāt̃ cor
ui de torrentibꝰ: ⁊ comedāt eū filij aq̇le. A
fortiori de patribꝰ ſpūalibꝰ exēplo Heliſei
pphete q̇ maledicit pueris illudentibꝰ ſibi.
F. Et egreſſi ſunt duo vrſi de ſilua ⁊ lacerauē
runt. xlij. pueros. vtꝫ. iiij. Regū. ij. Sic ne=
q̨ ſubditi debēt deridere p̄latos. Secūdo
mulier non debet deridere virū ſuū. Cuiꝰ
exemplū patet. ij. Reg. vj. Cū dauid ſalta=
uit ante arcā: qđ videns Micol deriſit eū:
propter qđ facta eſt ſterilis. Tertio neq̨ iu
uenes debent deridere ſenes. Senectꝰ em̄
laudabilis nō diuturna. Sap. iiij. Jō ſcribi
tur Eccli. xxj. Fatuus in riſu exaltat vocē
ſuā vir aūt ſapiēs vix tacite ridebit. Eſt em̄
ſenectꝰ honorāda nō deridenda. vn̄ Leui=
ti. xix. dr̄. Corā cano capite ꝯſurge: ⁊ hono
ra pſonā ſenis. A fortiori nō ſunt deriden=
di iuſti ⁊ ſimplices homines. Contra illud
Job. xij. Deridet̃ iuſti ſimplicitas. vn̄ dicit
Fran. pe. de re. vtri. for. lib. ij. ca. iij. Nihil
em̄ eſt ridiculoſiꝰ ſed nil crebriꝰ eſt ꝙ̄ contē
ni ſapientem ab inſanis. Sequit̃ circa hoc
verbū ſpernor. Quatuor bona eſſe dixere
aliqui ſcꝫ ſpernere mundum: ſpernere nul=
lum: ſpernere ſe: ⁊ ſe ſpernere ſperni: hoc
tibi vltimo opus eſt. Sequitur infra. Si a
maioribus ſperneris fer. Si a minoribus
patere: quia illi ſuo iure vtunt̃. Fere nanq̨
contēptui ſunt munera maioribꝰ. Sequit̃: G
Herodes miſerrimus peſſimuſq̨ hominuꝫ
chr̄m ſpreuit ⁊ irriſit. Secūdi ſunt ſuſurro=
nes. Cōtra q̊s Leuiti. xix. Nō erit crimina
tor ⁊ ſuſurro in pplo. Suſurrones deo odi
biles. dicit apl's ad Roma. j. Jtē differen=
tia inter detractorē ⁊ ſuſurronē. Nam de=
tractor hoc facit apte: ſed ſuſurro detrahit
aut diffamat occulte ⁊ in aure. Scđo ſuſur
ro inter amicos diſcordiā ſeminat. Detra=
ctor vero neq̨ alioꝝ bona negat vel etiam
minuit. Jō em̄ ſuſurratio eſt grauiꝰ pctm̄
ꝙ̄ detractio. Aufert em̄ amicitiā q̇ preemi=
net oībꝰ tpalibꝰ: q̇a ſine amicis nullus pōt
bn̄ viuere. vt dicit phus. viij. ethico. Jtem
Eccli. vij. dr̄. amico fideli nulla eſt cōpatio
q2 vt ibidē ſubdit̃. Amicus fidelis eſt medi=
camentū vite ⁊ illā immortalē amicitiā ſu=
ſurro nitit̃ auferre. Jō dr̄ Prouer. vj. Sex
ſunt q̇ odit deus ⁊ ſeptimū aīa eiꝰ deteſtat̃
ſcꝫ q̇ ſeminat inter frēs. i. amicos diſcordi=
am. Et tales ſunt filij diaboli qui ſp nitunt̃
diſcordiā ſeminare. Cuius exēplū ponit̃ in
ſpeculo hiſto. li. xxvj. c. xix. Cū Henricus
tertius celebraret pentecoſtē apud mogun H
ciā: paulo ante miſſam cū ſedilia pararent̃
ī ecclia ortū eſt iurgiū īter cubicularios ar=
chiepī ⁊ abbatis vuldenſis cenobij quorū
dn̄s iuxta impatorē ſederet. Naꝫ vuldenſe
cenobiū in ſaxonia ſancti Galli ab antiquo
habet p̄uilegiū: vt in magnis feſtiuitatibꝰ
ad dexterā eius ſedeat. Jta vētū eſt ad pu
gnā: furoreq̨ p eccliam graſſante: pauimē
tū ſanguine inundauit. Sed ſtatim ep̄is cō
uolātibꝰ pace īter aliq̇s diſſidētes ꝯſtituta
tēplū purgatū eſt: ⁊ miſſa feſtiuis clamori=
bus eſt acta. Sequētia aūt cantata ⁊ vlti=
mo eiꝰ v̄ſu dicto. ſ. hūc diē gl'ioſum feciſti:
vox ab aere lapſa eſt. Hūc diem bellicoſuꝫ
ego feci. Rigentibꝰ oībꝰ p̄ timore: impera=
tor diligenter attendens leticiā diaboli re=
ſumpſit miſſam. Jſtud ſemē ſeminauit dia
bolus p totū mundū. Tertij ſunt conuicia=
tores. Contra quos Math. v. Qui dixerit
fratri ſuo fatue: reus erit gehenne ignis.
O q̇d tunc fiet in bello de illo q̇ dicit proxi=
mo ſuo fur nequā traditor ribalde ⁊ c̄. Hec
oīa ſunt ſigna ſtulticie. vtꝫ Prouer. xx. oēs
ſtulti miſcent̃ cōtumelijs. Et ē drr̄ia inter

A cõuiciũ ꝛ ꝯtumeliã: qꝛ cõuiciũ eſt qñ obijcit alicui ſuus defect⁹ naturalis vt dicẽdo: tu ſurdus gibboſus mut⁹ cecus ꝛ ſic de alijs defectib⁹. Sed cõtumelia vocat̃ qñ alicui improperant̃ pctã ſua vt dicendo tu es fur meretrix: ꝛ ſic de alijs ſuoꝝ ꝓgenitoꝝ: filius furis: fili⁹ meretricis fili⁹ p̃ſbyteri aut monachi. de illis dicit̃ Prouer. x. Qui profert ꝯtumeliã inſipiẽs eſt. Et bene inſipiẽs eſt: qꝛ oportet ꝙ poſtea neget ſe dixiſſe aliqñ cũ iuramẽto: ꝛ ſic fit peiur⁹. Scðm eſt ſignũ ſupbie. Prouer. x. vbi fuerit ſupbia ibi cõtumelie dñabunt̃. Ideo dicit Iſido. i li. ethimoꝝ. ꝙ ꝯtumelioſus tumet verbis iniurie. Dubitat̃ vtrũ om̃is cõtumelia ſit pctm̃ mortale. Rñdet ſctũs Tho. in. ij. ij. q. lxxij. arti. ij. ꝙ qñ cõuitium ſiue cõtumelia de ſui rõne importat quãdã dehonoratiõem ſi intẽtio ꝓferẽtis ad hoc inferat̃: vt aliqs per ṽba q̃ ꝓfert honorẽ alteri⁹ auferat: hoc eſt pctm̃ mortale: ꝛ nõ eſt min⁹ q̃ꝫ furtũ vel rapina. Non eñ hõ min⁹ amat ſuũ honorẽ q̃ꝫ rẽ poſſeſſaꝫ. Si ṽo aliqs verbũ cõuicij vel cõtumelie dixerit non tñ aĩo dehonorandi

B vel ꝑpter correctionẽ vel aliqd hmõi: non dicit cõuiciũ vel cõtumeliã formalit̃ ꝛ ꝑ ſe: ſꝫ ꝑ accidẽs ꝛ materialr̃: inquãtum. ſ. dicit id qð põt eſſe cõuiciũ vl̃ ꝯtumelia. Vñ hoc põt eſſe qñqꝫ veniale: qñqꝫ abſqꝫ om̃i pctõ. In q̃ tñ eſt neceſſaria diſcretio: vt. ſ. hõ moderate talib⁹ verbis vtat̃ ꝙ nõ auferat honorẽ illi⁹ cõtra quẽ ꝓfert̃. Et ſicut licitũ eſt aliquẽ ṽberare vel in reb⁹ dãnificare cauſa diſcipline: ſic etiã aliqs põt aliquẽ corrigere debet aliqð ṽbũ ꝯuicioſuꝫ dicere. Et hoc mõ dñs diſcipľos vocauit ſtultos Lu. vl. Et apľus Galathas inſenſatos. Ad galathas. iij. Tertio eſt ſignũ iracũdie. Ideo dr̃ Eccľi. xxvj. Mulier ebrioſa ira magna ꝛ cõtumelia: ꝛ turpitudo illius nõ tegetur. Si qs aũt vult ſcire q̃lis ſit: litiget cuꝫ vnã muliere mala ꝛ iracunda. Dubitat̃ vtꝝ hõ debeat cõtumelias ſibi illatas patiẽter ſuſtinere? Rñdet ſctũs Thom̃. vbi. ſ. arti. iij. dicens. ꝙ ſicut in alijs iniurijs ſic in verbis cõtumelioſis cõtra q̃ nos dicunt̃ hr̃e tenemur aĩm paratũ ad cõtumelias tolerãdas ſi expediens fuerit. Sic eñ beat⁹ Aug. exponit illud p̃ceptũ dñi. Si qs te percuſſerit in vnã maxillam ꝛc̃. Qñqꝫ tñ oportet vt repellam⁹ cõtumeliã illatã ꝛ maxime propter C
duo. Primo propter bonũ eius qui eam infert: vt audacia eius reprimat̃ ꝛ decetero talia non attentet. ſm illud Prouer. xxvj. Rñde ſtulto ſm ſtulticiã ſuã ne ſibi ſapiens videat̃. Alio modo ꝓpter bonum multorũ quoꝝ defectus impedit̃ ꝑ contumelias nobis illatas. vñ Greg. ſuꝑ Ezechi. omeľ. ix. Hij q̃ꝝ vita in exẽplo imitationis eſt poſita debẽt ſi pñt detrahẽtiũ ſibi verba cõpeſcere: nc eoꝝ p̃dicationẽ non exaudiãt q̃ audire poterant: ꝛ in his prauis moribus remanentes bñ viuere contẽnãt. Non tñ debet hõ ita faciliter reclamare verba ꝯtumelioſa ſicut multi faciũt ꝓpt̃ minimũ aliquãdo ṽbũ cõtumelioſum reclamãt. De quib⁹ btũs Gregori. i li. dial̃. Qualis quiſqꝫ apud ſe lateat ꝯtumelia illata ꝓbat. Nã ſicut ſuperbi honorib⁹: ſic plerũqꝫ humiles ſua deſpectiõe gloriant̃. hec ille. Debẽt eñ tales recurrere ad mẽtem ſi quid tale vnq̃ꝫ cõmiſerunt. Dicẽte Gregorio li. ix. moral̃. Tunc illata vitia bñ toleram⁹: cũ in ſecreto mentis ad mala ꝑpetrata recurrim⁹. Leue q̃ppe videbit̃ ꝙ iniuria ꝑcutimur: dũ in actione nr̃a conſpicimus qð peius eſt qð meremur. Vñ dauid cõtumelioſa verba ſibi a ſemei dicta non tam cõuicia q̃ꝫ adiutoria credidit: quibus ſe purgari ſibiqꝫ deũ miſereri poſſe iudicauit. Vñ reduxit ad memoriã ꝙ ꝑpetrato cũ berſabee ſcelere filium fugit. Si igit̃ aliqñ hõ conuiciat̃ ꝛ ſi verũ eſt qð dicit̃: nõ eſt incõuentẽs hoc loq̃ homĩes qð tu facere auſus es. Si aũt falſum eſt nõ tibi nocet eoꝝ oblocutio. Verũtamen ſi alb⁹ eſſes: ꝛ aliquis diceret te eſſe nigrũ q̃d tibi obeſſet illius oblocutio? Suſtinere g̃ debet hõ modicũ: ꝛ ſic vincit aduerſariũ: exẽplo illi⁹ qui canẽ latrantẽ minando ꝓuocat ad mordẽdũ: Qui ſi latrat⁹ ei⁹ nõ aduertit: citius cõpeſcit eũ. Sic hõ qñ nõ aduertit contumelias illatas: tũc ꝯfundit̃ i ſeipſo ꝛ deſiſtit: ſic debet hr̃e ṽba ſua q̃ſi latrat⁹ canũ ꝛ garrit⁹ auiũ. Si aũt vindicare volueris te ꝛ defendere: aſpiciẽt vos pariter mordẽtes: ꝛ deſpiciẽt vos parit̃. Legit̃ de Auguſto ceſare ad palatiũ reuertẽte ꝙ qdã cõtumelioſe clamabat: o tyrãne: o tyranne. Et

D (margin, beside "tis ad mala ꝑpetrata recurrim⁹. Leue q̃ppe")

guſtus ꝓ ſo patiēter rñdit. Si ego eſſem ty=
E rān⁹ nō diceres illa. Itē veſpaſian⁹ impa=
toꝛ audito a ſuis: ꝙ qdam de ꝑpꝉo ei detra
herent iniurioſis verbis. Rñt. Inferioris
pſone hoc eſt facere: ſupioꝛis vero hoc pa=
ti. Uñ dicit poeta. Nobile vincendi genus
eſt patiētia: vicit q̄ patiꝉ: ſi vis vincere diſ=
ce pati. Exēplo etiaꝫ apꝉoꝝ. de qbus legiꝉ
in acti. apꝉoꝝ. Ibāt apꝉi gaudētes a cōſpe
ctu concilij: qm̄ digni habiti ſunt ꝓ nomine
Ieſu cōtumeliā pati. ¶ Quarti ſunt detra
ctores: de qbus ſatis dictū eſt in q̄nto p̄ce=
pto de homicidio. ¶ Quinti vocanꝉ iacta=
tores: ⁊ ſunt q̄ gl̄ianꝉ ſe magna ⁊ multa fe=
ciſſe. Cōtra quos Prouer. xxvj. Laudet te
alien⁹ ⁊ non os tuū. Et tales ſunt ſiꝉes na
buchodonoſoꝛ. De q̄ Dani. iiij. qui hec ver=
ba pferebat dicens. Nōne hec eſt babylon
ciuitas magna quā edificaui in domum re
gni ⁊ ī roboꝛe foꝛtitudinis mee: ⁊ ī gl̄ia de=
coris mei? Adhuc ſermo erat in oꝛe regis:
⁊ vox de celo ruit. Tibi dꝛ nabuchodono=
ſoꝛ rex: regnū tuum tranſeat a te: talis em̄
fert teſtimoniū de ſeipſo. Ioan. xij. Tu de
teipo teſtimoniū dicis: ⁊ teſtimoniū tuū nō
F eſt verū. Cōtra quos. j. ad Coꝝ. x. Non is
qui ſeipm̄ cōmendat: ille ꝓbatus eſt. Et eſt
iactātia ſm̄ Tho. ij. ij. q. cxij. arti. j. Quan=
do hō ꝟbis ſe extollit. Qñ em̄ aliqs loquiꝉ
de ſe ſupra illud qđ nō in ſe eſt: ſed ⁊ ſupra
illud qđ hoies de eo opinanꝉ ⁊c̄. Qđ apo=
ſtolus refugiens dixit. ij. ad Coꝝ. xi. Par
co ne q̄s eſtimet me ſupra illud quod videt
in me aut audit. Aut extollit ſe ſupra illud
qđ in ſe eſt ſm̄ rei veritatem: ⁊ in opinione
alioꝝ hec ꝑprie diciꝉ iactantia. Dubitatur
vtꝝ iactātia ꝑprie ſit pctm̄ moꝛtale? Reſpō
det Tho. vbi ſupra ꝙ iactātia pōt cōſidera=
ri dupliciter. Uno mō ſm̄ ſe ꝑut eſt menda
cium quoddaꝫ: ſic qñq ꝫ eſt peccatū moꝛtale
qñqꝫ veniale. Moꝛtale q̄dem qñ q̄s iactan=
tiam de ſe ꝓfert qđ eſt ꝯtra gl̄iam dei ſicut
ex perſona regis tyri diciꝉ Ezechi. xxviij.
Eleuatū eſt coꝛ tuū ⁊ dixiſti. De⁹ ego ſum.
Uel etiā contra charitatē ꝓximi: ſicut cum
aliquis iactando ſeipm̄ ꝓrumpit in contu
melias alioꝝ. Sicut dicitur Luc. xviij. de
phariſeo qui dixit. Nō ſum ſicut ceteri ho=
mines: raptores: iniuſti ⁊ adulteri: velut hꝫ
etiam publicanus. Qñqꝫ eſt peccatū venia G
le: quādo ſcꝫ aliquis talia de ſe iactat que
neqꝫ ſunt contra deū neqꝫ contra ꝓximuꝫ.
Alio modo poteſt iactātia conſiderari ſm̄
cauſam ſuam ſcꝫ ſuperbiam aut appetituꝫ
lucri aut inanis gloꝛie: ⁊ ſic cum ꝓcedit ex
ſuperbia vel inani gloꝛia: que eſt peccatuꝫ
moꝛtale: iactātia erit pctm̄ moꝛtale. Legiꝉ
in vitaſpatrū de q̄daꝫ heremita: q̄ pollens
oib⁹ virtutib⁹ cepit iactare ſe. Et in ſpecie
mulieris diabol⁹ venit ad ſpelūcam ſuā di
cēs: ꝙ a beſtijs nocte illa eēt deuoꝛādus ni
ſi ſuſcipereꝉ ī eius hoſpitio. Que ſuſcepta
diuerſis blādimētis duxit eū ad hoc vt mē=
bꝛa ei⁹ ſigillatim tangeret. Et cum inclina
ret ſe vt eā fede amplectereꝉ: tūc ipſa eua=
nuit deridēs eū: ⁊ multitudo demonū cla=
mabat di. O monache qui te vſqꝫ ad celuꝫ
extollebas: quō demerſus es in infernuꝫ?
Tūc ille deſperās ⁊ fugiēs p̄ cōfuſiōe con=
ſpectū oīm religioſoꝝ: reuerſus eſt ad ſecu
lū tradēs ſe om̄i impudicicie. ¶ Sexto vo=
canꝉ traditores: ⁊ ſunt qui proximū verbis
publicis ⁊ fucatis decipiūt: p̄tēdendo amo H
rem in facie ſed gerendo liuoꝛem in coꝛde.
De quib⁹ ꝓpheta. Labia doloſa in coꝛde
⁊ coꝛde locuti ſunt. Mel gerunt in oꝛe: ſed
coꝛ felleū abſcondūt in mente. Tales ſunt
falſi amici. Nam in oꝛe ſunt amici: in coꝛde
inimici. Dicunt oꝛe ꝙ bñ valeant. Arridēt
oꝛe: ſed in coꝛde machinanꝉ malū. De quo
Eccꝉi. vj. Eſt amic⁹ ⁊ ſoci⁹ mēſe: ⁊ non per
manebit in die neceſſitatis. i. paupertatis.
vñ Boetius. Quē foꝛtuna facit amicū: in=
foꝛtuniū inimicū. vnde poeta. Cū fueris fe
lix: multos numerabis amicos. Tꝑa ſi fue=
rint nubila ſolus eris. Item Eccꝉi. xij. Non
cognoſciꝉ in bonis amicus: ⁊ nō abſcondiꝉ
in malis inimicus. Narrat petrus alfontij
de quodaꝫ diuite q̄ quadam die q̄ſiuit a fi=
lio ſuo quot amicos acq̄ſiuiſſet? Rñdit: cen
tum. Ait pater. Bñ feciſti. Ego in tota vita
mea acq̄ſiui mihi vnū. attamē iq̄t pater ad
filiū: vt probes amicos tuos: accipe poꝛcuꝫ
occiſum ⁊ dic amico tuo: hunc hoiem occi=
di quem pōrto in ſacco: iuua me vt clam ſe=
peliam cadauer. Rñdit p̄mus iſtud. Nolo
me periculo exponere ꝓpter te: ſic rñdit ſe=
cūdus ⁊ terti⁹ ⁊ q̄rtus: ⁊ ſic de alijs. Tūc

A ait pr̄ ad filiū. Uade ad amicum meū ⁊ dic ei ꝙ te iuuet amore mei: ⁊ fecit. ¶ Septimi ſunt litigatores ꝓuocantes hoīes ad lites Prouer. xix. Hō ꝑuerſus ſuſcitat lites Ibidē. ca. xviij. Labia ſtulti miſcent rixas. Cauēdū eſt ne qs litiget cū verboſo. Ideo dicit̄ Eccli. viij. Ne litiges cū hoīe linguato ⁊ ne ſtruas ī ignē eiꝰ ligna. Unde Cato Cōtra verboſos noli cōtendere ꝟbis. Sermo dat̄ cūctis veꝝ ſapiā paucis. Scđo nō cū ſtulto Prouer. xxviij. Ne rn̄deas ſtulto iuxta ſtulticiā ſuā ne ſil̄is ei eſſe videaris. Tertio cum hoīe potente ne incidas in manus eius. Quarto cū locuplete Eccli. iiij. Nō cōtendas cum hoīe locuplete: ne forte ecōtra cōſtituat tibi litē. Multos em̄ ꝑdit aurū ⁊ argētū. Quinto cū hoīe iracūdo nō facies rixas. Iſtud viciū eſt fugiēdū: qꝛ eſt pctm̄ diaboli: vnde nihil ſimiliꝰ actibus demonū q̄ꝫ cōtēdere. Un̄ tales ſe oſtēdūt ſeruos diaboli, vtꝫ. ij. ad Timo. ij. Seruū dei nō oportet litigare. Et eſt peccatū mortale ſm̄ ſctm̄ Tho. ij. ij. q. xxxviij. qn̄ eſt impugnatio veritatis cū cōfidētia clamoris. Si
B aūt eſt impugnatio falſitatis cuꝫ debito ⁊ ordinato mō: ſic eſt laudabilis. Legit̄ in vitaſpatꝝ. ꝙ orante Machario vox inſonuit dicens. Nondū ad mēſurā duaꝝ mulieruꝫ ꝑueniſti q̄ habitāt in ciuitate. Cūq̄ꝫ macharius hoc audito intraſſet ciuitatē ⁊ queſiuiſſet ab eis cōuerſationē earū. Dixerūt ei ꝙ eſſent vxores duoꝝ fratrū. ⁊. xv. annis ſimul fuerant: nec vnquā aliqua aliā dicto vel facto offendit. Legit̄ ibidē de agathone. Nunq̄ꝫ inqt dormiui litē habēs cū aliq̄: nec ꝑmiſi aliquē litē habētē mecū dormire Jō dicit Aug. in reg: Lites autē nullas habeatis aut q̄ꝫcelerrime finiatis ne ira creſcat ī odiū. ¶ Octaui ſunt cōminatores. ſ. qui cōminant̄ in diſcretis. vn̄. j. Pet. ij. qui cū pateret̄: nō cōmiabat̄ ⁊c̄. Tales ſūt ſtulti q̄ cōminant̄ illud qđ nunq̄ꝫ facturi ſunt. Prouer. xiiij. Qui īpatiēs eſt: exaltat vocē ſuā. ¶ Noni ſunt falſi hoīm laudatores in malis. dicente pſ. Laudat̄ pctōr in deſideriis aīe ſue: ⁊ iniquus bn̄dicit̄. Eccli. ix. nō laudes virū in ſpē ſua. Jō dicit Ambro. in ſermone de ſancto Euſebio. Ne laudauerꝭ hoīem in vita ſua qn̄ nec adulatio nocet ne qꝫ laudatū tentet elatio. Si qs aūt aliqueꝫ C
laudaret ne in tribulatiōibꝰ deficiat: nō eſt peccatū: vl̄ in bono ꝓficere ſtudeat. ¶ Decimi ſunt iudicatores q̄ oīa īterpretant̄ ad malū. Cōtra quos apl̄s. j. ad Coꝝ. iiij. Mi hi aūt ꝓ minimo eſt vt iudicer ab humano die. Luc̄. vj. Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini: hoc eſt veꝝ de malis occultis ⁊ nō manifeſtis. Et q̄ pn̄t fieri bn̄ vel male indifferēter ſunt in meliorē ptē interp̄tāda dicit re. iu. ¶ Undecimi ſunt falſi conſiliatores. Eccli. xxxvij. A ꝯſiliario malo ꝯſerua aīaꝫ tuā: neq̄ꝫ cū ſtulto. Eccli. vij. Cū fatuis non habe ꝯſiliū. Tales ſunt valde periculoſi in cōitate. Dicit em̄ Tullius in li. de ſenectute. Conſiliator eſt in republica tanq̄ꝫ gubernator in naui. In q̄ alij ſentinā exhauriūt: alij remigāt: alij malū ſcandunt. Ille ꝟo tenens clauū eſt q̄etus ſedēs in puppi multa maiora facit. Sic ⁊ ꝯſiliariꝰ ſi malus eſt tota nauis reipublice periclitat̄. ¶ Duodecimi ſunt adulatores ⁊ eſt pctm̄ mortale: q̄a contrariat̄ charitati ꝓximi. Prio rōne materie cum q̄s laudat pctm̄ alicuiꝰ. Alio mō rōne intētionis: puta cū adulat̄ alicui vt ei D
noceat corpalr̄ vel ſpūalr̄: ⁊ hoc eſt mortale ſm̄ illđ Prouer. xxviij. Meliora ſunt vulnera diligētis ⁊c̄. Tertio ꝓpter occaſionē: cū adulatio ē occaſio alicui vt faciat malū.

¶ De ſimulatoribus.

Quarto peccāt ꝯtra hoc p̄ceptū q̄ ī factis ſil̄atis deū offendūt. De quibus dicit Amb. ⁊ ponunt̄ eiꝰ ꝟba. xx. q. v. c. Cauete frēs mendaciū: qꝛ oēs q̄ amāt mēdaciū filij ſunt diaboli. Nec ſolum in falſis ꝟbis: ſꝫ etiā ī ſimulatis opibꝰ mendaciū eſt. mēdaciū nāq̄ꝫ ē chr̄ianū ſe dicere ⁊ opa chr̄i nō facere. Mēdaciū ē ep̄m ſacerdotē vl̄ clericū ꝓfiteri ⁊ ꝯtraria huic ordini opari. hec Ambro. Sūt ꝯ̊ tales falſi teſtes q̄ aliud ſunt in corde: ⁊ aliud ſunt ī ope. Et ſunt xij. ī numero. Nā q̄tuor oñdūt ſub ſpē ſil̄ate ſctitatꝭ: q̄ttuor ſub ſpē ſimulate veritatis q̄tuor ſub ſpē ſimulate iuſticie ⁊ equitatis. Prio habꝫ fieri ī alieno habitu. Cuiꝰ exm̄ habemꝰ. iij. Reg. xiiij. de vxore Ieroboam cuiꝰ filꝰ egrotauit: ⁊ ait rex vxori ſue. Cōmuta habitū ne cognoſcarꝭ vxor mea: ⁊ vade ī ſylo ad achiā ꝓphām. Qui mihi q̄ndā

E locutus eſt de regno: ipſe indicabit tibi q̄d euētuꝝ ſit puero. Et venit mulier ad achi- am pphā: q̄ videre non poterat p̄ ſenectu te: ſed inſtruct⁹ a dño ait. Ingredere vxor Ieroboā: q̄re te aliam ſimulas: vade ꝛ dic Ieroboam. Exaltaui te de medio ppl'i ꝛc. vtz. iij. Regū. xxij. Idem fecit Codrus rex athenieñ: put recitat Aug. xviij. lib. de ci. dei. c. xix. Si q̄s h̄ faceret vt euaderet ma- nus inimicoꝝ eſſet tolerabile. Sed ſi q̄s h̄ faceret vt eo expediti⁹ faceret aliq̄d malū q̄d eēt ꝯtra charitatē dei ꝛ ꝓximi: ſicut faci unt ille muliercule q̄ in carniſpriuio indu- unt habituz viri ꝛ econtra. De quib⁹ dicit Deute. xxij. Nō vtatur mulier veſte virili: nec vir vtať veſte feminea. Abhomiabilis eñ eſt apud deū q̄ facit hec. Idem in cañ. xxx. di. c. Si qua mulier ſuo propoſito iudi cans vtile vt virili veſte vtať: ꝛ ꝓpter hoc habituz viri imiteť; anathema ſit. Hec ibi. Talis ſocius repertus fuit tpe Nicolai ro- me: ꝛ cōbuſtus fuit ibidem q̄ multis modis ſe cū mulieribus ꝛ cū iuuenculis cōmiſcuit in tali habitu. Taliter etiā q̄dā femia venit

F ad papatū. vt dicit Martinus in chronica ſua. Anno dñi. dccc. xlvij. poſt leonē q̄ntū natione anglica: ꝛ fuit vocatus Ioā. viij. ſm Ioānē boccacij in de claris mulierib⁹. Sic etiā peccāt ille mulieres ꝛ puelle q̄ ge- rūt habitū ꝟginū ꝛ nō ſunt ꝟgines. Tales tādiu virgines ſunt q̄diu nō veniunt cruci- feri frēs. i. pueri. Sed eſt diſtinguēdū: aut eſt manifeſtū aut occultū eoꝝ peccatū. Si manifeſtū peccāt ꝙ ſe ornāt tāq̄ʒ virgines ꝛ nō ſunt virgines. Si aūt eſt occultū non peccāt: q̄ꝛ nemo debz ſcādalizare ſeipm: q̄ꝛ talē pōt ſe q̄s oſtēdere foris q̄lis eſt in opi- nione. Sic chr̄s finxit ſe longius ire. Luce xxiiij. Debet tñ de hoc dolere in corde ꝙ taliter ſe foris oñdit q̄lr ab intra nō ē. Sic etiā peccāt clerici q̄ eoꝝ veſtimēta clerica- lia trāſmutāt in ſecularia. Nam ſunt clerici noīe ꝛ ſacerdotes: ſed in veſte ſunt armige ri. Noīe ſunt perſone ſpirituales ſed ī veſte ſeculares. Cōtra quos in. c. clerici officia. Pānis rubeis ac viridibus necnō manicis ꝛ ſotularibus ſuticijs frenis ſellis pectora- libus calcarib⁹ deauratis non vtanť. Dici tur ibidē ꝙ nō debēt habitū trāſmutaŕ niſi

iuſta de cā. Sequiť ibidē. Fibulas oſtro nō G gerāt neq̄ʒ corrigias auri vel argenti orna- tū habētes: ſed nec anulos: niſi q̄b⁹ cōpetit ex officio dignitatis. Sic etiā peccant mo- nachi q̄ ab extra ī veſte ſctitatē fingūt: int⁹ ſunt lupi rapaces. Foris habēt veſtē albaz intus nigredine deturpati ſunt pctōꝝ: fo- ris habent aliq̄ veſtē nigrā aut griſeā hūi- litatis: ſed intus hn̄t habitū ſupbie ꝛ vani- tatis. De quib⁹ dicit apl's. j. ad Coꝛ. xiiij. Periculum in falſis fratribus. ¶ Dubitať vtrum hypocriſis ſit ſemp pctm̄ mortale. Reſpōdeť ꝙ hypocriſis fit multis modis. Primo qñ q̄s oñdit ſctitatē quā nec habet nec hr̄e curat: ſed tm̄ vt ſctūs reputeť: hoc ſm ſctm̄ Thom̄. ij. ij. q. v. eſt pctm̄ mortale. Ideo dicit Augu. pš. Simulata ſanctitas ēſt duplex iniq̄tas: ꝛ ſic eſt duplex pctm̄: q̄ꝛ occulte iniqui ꝛ mali ſunt. Etiaz eſt ibi fal- ſitas q̄ꝛ fingunt ꝛ mentiunť ſe eſſe ſctōs et non ſunt. Scd̄o ſi ſanctitatem oſtēdit vt fal ſam doctrinam ſeminare poſſit. Talis pec cat mortaliter: q̄a facit cōtra deū ꝛ ſalutē ꝓximi. Et talis ſimulatio ſanctitatis eſt cō- munis hereticis: q̄ꝛ heretici ieiunant mul- H tū ꝛ genuflectunt: ꝛ ſic hoīes decipiunt vt ſuis falſis doctrinis credant. Tertio ſi oſtē dunt ſanctitatez vt poſſint eccleſiaſticā di- gnitatem acquirere ad quam indigni ſunt. Talis deū grauiť offendit. Vñ Bern̄. ſup miſſus eſt. O frēs q̄tiēs hoībus p̄eſſe deſi- dero: totiens deū meū p̄ire cōtēdo. Et tūc vere nō ſapio q̄ ipī⁹ dei ſunt. vñ Aug. in li. de do. chri. Cū hō inq̄t illis q̄ ſibi naturalr pares ſunt hoc eſt hoīb⁹ dñari affectat īto- lerabilis q̄dē ſupbia eſt. Quarto ſi oſtēdat ſctitatē vt acquirat bona tp̄alia in quib⁹ fi- nem cōſtituit: hoc ſm Hermannū de ſchil- ditz. eſt pctm̄ mortale: q̄a talis auarus eſt. Quinto ſi ipſa fictione delectať cum alias nullum malū p̄tendat. De q̄ Ariſto. ij. ethi. dicit. ꝙ talis magis videť vanus q̄ʒ malus ꝛ tunc pōt eſſe veniale ſm eūdem Hermā- nū. Sexto ſi q̄s ſimulat ſctitatē occultantē ſuū pctm̄: ne alij ex hoc ſcandalizenť. Hoc ſm ſctm̄ Tho. ij. ij. pōt fieri laudabiliter q̄a dī. Ve homini ꝑ quē ſcādalū fiat. Septio qñ q̄s ad honorē dei ꝛ ꝓximoꝝ edificatio- nem ſimulat ſanctitatem: ꝛ iſte non peccat

A ſed meret. Vñ dr̃ Math. v. Sic lux veſtra
luceat corã hoib⁹ vt videãt opa veſtra bo=
na. ¶ Dubitat: vtrũ hypocrita maiori dã=
natione dignus ſit bonas operatiões ſimu
lans: q̃ʒ publicanus publice malefaciens ⁊
peccãs. Rñdet q ſic: qr Mat. vj. dr. Ve in=
quit ſaluator ſimulantes longã orõnẽ ſicut
hypocrite accipiẽs maiorẽ damnationem.
Sup quo dicit Beda. q hypocrite laudes
ab hoibus ⁊ pecunias querũt: maiori dam
natione plectunt. Idem dicit Hiero. li. vj.
ſup Eſa. ppe finem libri. Si prebeo elemo=
ſynam vt glorificer ab hominibus: accepi
mercedem meã ⁊ mercennarius appellan
dus ſum. Si caſtum me ſimulo ⁊ aliud in
conſcia habeo: gl'iam mercẽnarij ⁊ ſuppli=
cia peccatoꝝ in cõparatione duoꝝ maloꝝ
inquit leui⁹ malũ eſt apte peccare: q̃ʒ ſimu=
lare ⁊ fingere ſanctitatẽ. hec Hiero. Ideʒ
ptʒ p Aug. ⁊ habent ei⁹ ꝟba in. ca. xij. q. j.
Certe inq̃t maluʒ eſt cadere a ꝓpoſito: ſed
peius eſt ſimulare ꝓpoſitum. vbi dicit glo.
Per hypocriſim peius eſt peccare q̃ʒ ma=
nifeſte. Et probat glo. hoc p. c. cum ex iniũ
B cto de hereticis ⁊ p. l. pala. ff. de ritu nup.
Et ſubdit glo. q plus eſt veneno occidere:
q̃ʒ gladio. C. de maleficis. l. j. Sed ꝯtra vi=
det eſſe Ambro. in li. de pr̃iarchis. ⁊ aſſu=
mit i. c. xxxij. q. iiij. c. Nemo dicẽs. Tolera=
bilior eſt culpa ſi latet: q̃ʒ ſi culpe vſurpet
auctoritas. Rñdet archidi. dicẽs q tolera=
bilior eſt culpa ſi latet q̃ʒ ſi culpe vſurpetur
auctoritas. i. ſi adulteriũ vſurpetur ab ali=
qua auctoritate. ſ. pr̃iarcharũ q̃ alias muli
eres p̃ter vxores cognouerũt. Talis dici=
tur plus peccare: q̃a ſuũ pctm̃ vult defen=
dere legis auctoritate vel exẽplo pr̃iarcha
rũ. ita ill'd. c. nemo eſt ꝯtrariũ huic. c. Cer=
te. Et ſic ptʒ q graui⁹ peccat hypocrita q̃ʒ
publice peccãs. Nã peccatũ ſuũ aggrauat
ex eo q hoies decipit. ¶ Scdo mõ habʒ ſie
ri fictio in aliquo actu ſicut quãdo q̃s agit
ficte aliquid ꝓ aliqua cauſa qd al's nõ age=
ret. Sicut Jacob ſe finxit Eſau qñ acceſſit
ad patrem: ligatis pellib⁹ ad manus ⁊ ad
collũ eius dicens. Ego ſum primogenitus
tuus. In hoc non mentiebat: vt ptʒ in ſer=
mone p̃cedenti. Sic eñ multi ſunt qui con=
fitent ne ab alijs cõfundant: ⁊ tales graui
ter peccant. Sic etiã ficte recipiens baptiſ
mũ ⁊ corde diſſentiens: nec caracterẽ nec C
fidem nec venerabile ſacramentum ſuſci=
pit: q̃uis tamen aqua perfundat in nomi=
ne trinitatis. Hoc patʒ p magiſtrum in. iiij.
ſenten. diſt. iiij. Idẽ tenet Thomas de ar=
gentina. arg. iij. quia talis fictio totaliter
contrariat ſacramẽto: vt ptʒ. xxvij. diſt. c.
q interrogaſti. Sic etiã ſi quis ficte cũ ali=
qua cõtraheret: ⁊ nõ cõſentiret: ſed ſimula
ret ſe cõtrahere non eſt mr̃imoniũ. vtʒ de
ſpõſa. ⁊ mr̃imo. c. tua nos. Quia ibi defuit
oino cõſenſus: ſine q̃ nequeũt ꝑficere ſed⁹
cõiugale. vt dr̃ ibidẽ i fine ⁊ ſimulate nuptie
nõ ſunt nuptie. ff. de ritu nup. l. ſimulatis.
¶ Dubitat vtruʒ ſimulatio aliqñ ſit licita.
Rñdet Hiero. ⁊ ponũtur eius ꝟba. xxij. q.
ij. c. vtilẽ ſimulationẽ. q ſic. dicens vtilem
ſimulationẽ vt in tpe eſſe aſſumẽdam. Je=
hu regis iſrael nos docuit exemplũ qui cũ
nõ potuiſſet interficere ſacerdotes baal: ni
ſi finxiſſet ſe idola velle colere dixit. Con=
gregate mihi oẽs ſacerdotes baal: achab
ſeruiuit eis i paucis: ego ſeruiã eis in mul=
tis Hiſto. ponit Regum. Etiam dauid mu D
tauit faciẽ ſuã coram abimelech: ⁊ dimiſit
eũ ⁊ abijt. vtʒ. j. Reg. xxj. ſequit. vt ſupra.
Nec mirum q̃uis iuſtos hoies tñ aliq̃ ſimu
lare ꝓ tpe ob ſuã ⁊ alioꝝ ſalutẽ: cum ⁊ ip̃e
dñs nr̃ non hñs pctm̃ nec carnẽ peccati: ſi=
mulationẽ pctõris aſſumpſit: vt condemna
ret in carne pctm̃. Hec Hiero. Nemo tamẽ
debet ſe ſimulare vt aliũ decipiat: quia do
lus vel ſimulatio ad fallẽdum ſemꝑ malus
eſt. vt ptʒ. xxvij. di. c. q interrogaſti. tales
ſimulatores ſit' confundunt. Cuius exem
plũ ponit Ceſarius. di. x. dicẽs q quidam
ruſticus contra alium habens inimiciti=
as cuidam maligno homini de ordine via=
toꝝ quoꝝ multi ſunt pecuniã dedit vt do=
mum illius incẽderet. Quã ſub ſpẽ religio=
nis intrauit: ⁊ tpe conuenienti ſuccendit.
Immemor miſerrim⁹ hoſpitalitatis bene=
ficio poſtq̃ʒ dom⁹ fuit reedificata accepto
precio renouauit incẽdium. Turbatus ho=
mo de incendio repetito omnes de quibus
ſuſpitiõem habuit accuſauit. Qui per can=
dens ferrũ ſe expurgauerunt ⁊ denuo do=
mus incenſa reedificata eſt ⁊ ferrum idem

in angulum eiꝰ reiectū. Uenit rurſum pſeu-
do ille viatoꝛ: antiqua coꝛruptus auaricia
humane ſatis ſuſceptus. Cuz ferrū iam di
E ctū vidiſſet ⁊ q̄s eiꝰ vſus eēt interrogaſſet.
Rn̄t ille. Neſcio quis domū hanc in altera
vice ſuccendit. Et cū de q̄buſdam ſuſpitio-
nē h̄rem cādens illis ferrū obtulit: tūc ille.
Ad aliq̄s vſus poſſet ꝯuerti qd̄ cādēs nutu
dei factū eſt: ⁊ cū clamoꝛe illud iactauit qd̄
vbi p̄ſſa. videret incendiariū per veſtem te-
nens exclamauit. Uere tu es reus: moxq̄
ad iudicē ductꝰ culpā nollet vellet ꝯfeſſus
eſt: ſicq̄ pena rōnabili dānatus eſt. ¶ Ter-
cio habet fieri fictio in quantitate. ſ. qn̄ q̄s
ſe fingit maioꝛē q̄ꝫ eſt: vt ſi eſſet aliquis qui
diceret ſe eſſe ep̄m qui tn̄ non eſſet ep̄s: vt
factū fuit alias in dioceſi moguntina: ⁊ cō
buſtus eſt. Et ſi̇̄liter ſi quis fingeret ſe eſſe
militē ⁊ eſſet ruſticus: ſicut cōtigit nr̄o pꝛio
ri oſnaburgen̄. ad quē venerat quidaz tru
fatoꝛ fingēs ſe militarem: ⁊ de genere ſuo
⁊ fuit laute tractatus poſtea fuit perceptū
q̄ erat ribaldus. Tales oēs peccāt moꝛta-
liter: ſicq̄nq̄ꝫ q̄s ex humilitate vocat ſe mi-
noꝛem tamen eſt maioꝛ. Cuius exēplū ptz
F in. ca. ij. q. vij. ca. q̄ꝫq̄ꝫ. vbi allegantur verba
beati Auguſti. in ep̄la quadam ad Hiero.
dicentem de ſeipſo. Quāq̄ꝫ ſm̄ vocabula q̄
vſus obtinuit ep̄s ſit p̄ſbitero maioꝛ. Aug.
tn̄ Hieronymo minoꝛ eſt in multis. Hec il-
le. Et multa alia habent̄ ibidem. Ad pꝛopo
ſitū dicit gloſa ibidē: q̄ ep̄us eſt nomen di-
gnitatis: p̄ſbyter nomen oꝛdinis. xciij. diſt.
Legimus Augu. foꝛte hoc credebat. Non
enim licuit ei ex humilitate mētiri. xxij. q.
ij. c. cū ex humilitate. Et cū Hieronymus
fuerit ſpecialiter cardinalis. Sed multi fa-
ciūt hoc ex pura ſuperbia q̄ minoꝛes ſe di-
cunt: dicentes. Sum malus peſſimus pec-
catoꝛ. Si aūt hoc alij de ip̄is dicerent om̄i-
no non ſuſtinerēt: ⁊ verbis p̄teruis cōtra-
dicerēt. Et hoc ē ſignū ſup̄bie. Uiciū quod
de ſe fateri quiſq̄ꝫ ſpōte dedignatur: hoc ſi-
bi dici ab alijs dedignari non debet. Bo-
noꝝ ⁊ humiliū eſt nec ſe laudare nec ſe cul
paré. Unde Catho. Nec te collaudes: nec
te culpaueris ipſe. Hoc faciunt ſtulti quos
cenodoxia vexat. Fuit quidam frater q̄ in
p̄ſentia multoꝝ ſe plurimum ⁊ multum hū

miliauit: dicens ſe eſſe peccatoꝛem ⁊ homi G
nem vilē. Reſpōdit alter frater ſibi. Tu di-
cis verum. Tūc ille indignatus verbis du-
ris eum inuaſit. Ipſe autem dixit. Quid
voluiſti q̄ ego dicerem? Nunquid debui di
cere: tu mentiris? Abſit vt ita irreueren-
ter tibi loquerer. Nunc autē dixi qd̄ tu di-
cis ⁊ inde turbaris. Quarto modo fit ſi-
mulatio ſeu fictio in qualitate: quando q̄s
ſe fingit talē qualis non eſt: ſicut iudas fin
xit ſe amicū chr̄i dicēs. Aue rabbi Math.
xxvj. Et ioab ficte oſculatus fuit amaſam
fingens ſe amicum ⁊ non fuit. ij. Reg. xx.
Et illa fictio cōmunis eſt nunc in mundo.
O quot fratres adhuc habet iudas in mū-
do ⁊ Ioab ſimiliter. Dicit Chryſoſt. ſuper
Math. Hec conſuetudo maloꝝ eſt quādo
aliquē ledere volunt: tunc humilitatem fin
gunt: quia venenum nūq̄ꝫ periculoſius da-
tur niſi cum melle: ſic vulpes ſe ſemel fin-
xit infirmum: galli laudans cātum dicēs.
Si poſſem ſemel audire dulcem melodiam
cantus tui: ab infirmitate mea liberarer.
Rn̄dit gallus. Pater meus bene ſciuit can- H
tare. Ait vulpes. Pater tuꝰ quādo cātauit:
clauſit oculos ſuos: ⁊ ideo dulciter cātauit
Tunc gallus adulatione vulpis deceptus
cātauit clauſis oculis. Quem mox vulpes
rapuit per collum. Sic valde periculoſum
eſt credere iſtis falſis amicis ⁊ adulatoꝛi-
bus ⁊ ſimulatoꝛibꝰ: ⁊ ſpecialiter illis q̄ ſunt
alterius fidei aut legis. Ideo dicit Ariſto-
teles in lib. de ſecretis ſecretoꝛum. Nunq̄ꝫ
credas homini qui non credit ſm̄ legem
tuam. Caue ne accidat tibi qd̄ accidit duo-
bus hominibus qui dicuntur aſſociati fuiſ
ſe in vno itinere: quoꝝ vnꝰ erat gentilis ⁊
alius iudeus. Gentilis equitauit ſuper mu-
lam: iudeus vero inceſſit p̄ pedes: non ha-
bens cibū neq̄ꝫ alia neceſſaria. Cū ergo fa
bularentur in via dixit gētilis iudeo. Que
eſt lex tua: ⁊ q̄ tua fides. Rn̄dit iudeꝰ. Cre
do q̄ in celo eſt vnꝰ deus quē adoꝛo ⁊ expe
cto ab eo oē bonū aīe mee ⁊ remuneratio-
nē. Illis aūt q̄ cōicant mecum in fide mea
⁊ in lege mea volo bonum: et credulitas
mea eſt q̄ qui diſcrepat mecum in fide: lici-
tum eſt mihi tollere ſanguinē ſuū: pecuni-
am ſuā ⁊ accidens ſuū. i. vxoꝛē ſuā. Inſup

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maledictū eſt mihi ſi ſeruo ei fidē vel iuuo
A ipm̄ vel ſi facio ſibi miſericordiam vel par-
co ei. Conſequēter inquit gentili. Demon-
ſtraui tibi legē meam ⁊ fidem meā. Redde
me ergo tutū de fide ⁊ lege tua. Cui rn̄dit
gentilis. Mea fides ⁊ credulitas ⁊ lex eſt.
In primis volo mihi bonum ⁊ filijs gene-
ris mei. Nolo alicui creature malum: neqꝫ
ſequentibus legē meā: neqꝫ diſcrepātibus
in eadē ⁊ credo eqtatē ⁊ miſcdiam ſeruan-
dā cuilibet viuēti: ⁊ nulla iniuria placet mi
hi. Videt etiam mihi ꝙ ſi mali aliqd alicui
accidit ꝙ illud malū me cōturbat. Affecto
ꝓſperitatē: ſanitatē: felicitatē oībus hoi
bus vniuerſalr. Tunc iudeꝰ. Quid ſi iniu-
ria vel offenſa tibi fiat. Cui gentilis. Scio
ꝙ i celo eſt deꝰ iuſtus ⁊ bonus cui nihil eſt
occultū ⁊ nihil ſecretū: q̄ remunerat bonos
⁊ etiā punit malos: iuxta ſuas trāſgreſſio-
nes. Cui iudeꝰ. Quare ergo non ſeruas le
gē tuā: ⁊ qre non cōfirmas opibꝰ fidē tuā.
Rn̄dit gētilis. Quō fiet hoc. Cui iudeus.
Ego ſum de filijs generis tui ⁊ tu me vides
B ambulare per pedes ⁊ fatigatum ⁊ fame-
licū: ⁊ tu es eques ⁊ ſaturatꝰ ⁊ quietꝰ. Cui
gentilis. Veritas eſt hec. Et deſcēdens de
mula ſua ⁊ aperiēs maletā ſuā cibauit eū:
⁊ potauit ⁊ fecit ipm̄ eqtare ſuꝑ mulā ſuā.
Poſtqꝫ vero iudeꝰ fuit bn̄ firmatus in equi
tando: punxit mulā cū calcaribus feſtinan
do relinquēs gentilem. Tūc cepit gentilis
clamare: expecta me: qa confiſus fui in te.
Iudeꝰ vero dicebat. Nunqd tibi indicaui
cōditionē meā ⁊ legē meā: ego volo eā con
firmare. Tūc fortiꝰ ſtimulabat mulā. Gen-
tilis xo ſequēs veſtigia: o iudee inqt noli
me derelinquere i hoc deſerto: ne forte in-
terficiar a leonibus aut moriar fame ⁊ ſiti.
Age ergo mecū miſcdiam ſicut ⁊ ego tecū.
Iudeus vero nec reſpiciebat retro nec in-
tendebat dictis ſuis: nec ceſſabat donec la-
tuit viſum eiꝰ. Tūc gentilis recordatꝰ legis
ſue dixit. In celo eſt deꝰ iuſtꝰ iudex: cui ni-
hil occultū: nihil ſecretū: erigens in celum
oculos ſuos dixit. Deꝰ meus tu noſti ꝙ cre
didi in te ⁊ in lege tua ⁊ in mandatis tuis
ſctificaui te: ſicut ꝑcepiſti. Cōfirma ḡ apud
iudeū laudem meā. Et his dictis ſtatim in-
uenit iudeū ꝓſtratū ⁊ iactatū de mula con
fractis tibijs ⁊ leſo collo. Mula vero ſta- C
bat iuxta eū: ⁊ aſcendens mulam reliqt iu-
deū in dolore. Iudeus aūt clamabat. Bo-
ne frater ꝓpter deū habe miſcdiam mecuꝫ
quia morior ſerua legē tuam. Tunc incre-
pauit eum gētilis. Tu male peccaſti in me
ſine miſericordia dereliqſti me. Cui iudeꝰ.
Oſtendi tibi ꝙ hec eſt fides mea ⁊ lex mea.
Tunc miſertus eſt ei gentilis: ⁊ portauit eū
poſt ſe: donec veniret ad locum gentis ſue
quibus eum tradidit: qui poſtea ſtatim ex-
pirauit. Audiens vero rex illius ciuitatis
opa pietatis illius gentilis fecit eum balli-
uum illius ciuitatis propter opera pieta-
tis ſue. Non eſt ergo credenduꝫ illis q̄ ſunt
alterius fidei ⁊ legis. ¶ Quinto habet fie-
ri fictio i doctrina. De qua dicitur. xxix. q.
j. ꝙ autē. §. ꝙ angelus malus ſe transfor-
mat in angelum lucis. Et ſi tunc creditur
bonus ⁊ quereret ab aliquo ſimplici ſi ſue
beatitudinis velit eſſe particeps ⁊ ille re-
ſpondeat ꝙ ſic. Nūquid dicendum eſſet in
diabolice damnationis ſocietatem an po-
tius i participationē eterne claritatis. Et
ſubdit alium caſum. Si quis hereticorum D
per nomen btī Auguſtini aut Hieronymi
alicui catholicoꝝ ſeipm̄ offerret: atqꝫ eum
ad imitationē ſue fidei ꝓuocaret: iſte prebe
ret aſſenſum in cuius fidei ſnīa diceret cō-
ſenſiſſe. Non in hereticoꝝ ſectā: ſed in inte-
gritatē catholice fidei: quaꝫ iſte hereticus
mentiebat ſe hr̄e. Hec canon. Iſtū eūdem
caſum ponit magr̄ li. iiij. di. iij. dicens. ꝙ ſi
talis malꝰ angelꝰ trāſfigurauit ⁊ credere-
tur eē bonꝰ: nō eſſet error periculoſus. Nec
tn̄ excuſat Saul q̄ adorauit demonē: queꝫ
credidit eſſe ſamuelē. vtꝫ. xxvj. q. v. caplo.
Nec mirū. Et hoc ideo: quia interceſſit cul-
pa ſua. vt dicit glo. ibideꝫ. Nec excuſantur
illi de lege machometi: qui finxit ſe eſſe ꝓ-
phetā miſſum a deo: quē ſaraceni credunt
veridicum ꝓphetā: ſicuti nos Auguſtinum
vel Hieronymum. Quia ignorantia facti
non iuris excuſat. li. vj. de reg. iu. Et legeꝫ
euangelij quilibet tenetur ſcire. Ideo dixit
chr̄s. Ite in mūdum vniuerſum: ⁊ p̄dicate
euāgelium omni creature Mar. vlti. Falſi
ꝓphete ⁊ doctores plures in mundo appa
ruerunt: ⁊ heretici q̄ falſas doctrinas ſemi

nauerũt: ſicut Machomet inter ſaracenos
Thalmud int̃ iudeos: ⁊ ſic de alijs. ¶ Se-
xto qui fingũt ſe ſunt falſi chr̃iani: de q̃bus
E Apoc. ij. Dicũt ſe iudeos. i. cõfitẽtes ⁊ non
ſunt. Item apl̃s. Dicũt ſe noſſe deũ: factis
autẽ negant. Legit̃ in hyſtoria triptita de
quodã iudeo: qui ꝓpter pecuniã fecit ſe plu
ries baptiſare: fingens ſe chriſtianũ. Cum
aũt quadã vice deberẽt iterato baptiſari: ⁊
dolium erat plenum aqua: ſtatim corã omĩ
bus aqua diſparuit. Et ſic fictio eius mani
feſta fuit. Utinã fictio multoꝝ falſoꝝ chri-
ſtianoꝝ ſic manifeſtaret̃. De q̃bus apl̃s. j.
ad Coꝛ. iiij. Periculũ in falſis fratribus. i.
qui habẽt falſitatẽ in affectione ⁊ etiam in
cogitatione. Tales ſil̃es ſunt culicibus qui
ſonitũ faciunt ⁊ vrunt: ⁊ tamẽ cum cauda
pungunt. Sic ſil̃r ipſi ſe fingunt amicos: ⁊
inimici ſunt. De quibus dicit̃ Hierem. ix.
Unuſquiſqꝫ ſe a ꝓximo ſuo cuſtodiat: ⁊ in
omĩ fratre ſuo nõ habet fiduciã. Scdo ha-
bent falſitatẽ in locutiõe: vtꝫ Prouer. xiiij.
F Fraudes labia eoꝝ loquunt̃. Unum dicũt
et aliud ſentiũt: dicũt album ⁊ notãt nigrũ.
Tertio hñt falſitatẽ in opatione: qꝛ vnus
aliũ tradit ſicut Iudas chr̃m. Cuius exm̃
ponit magiſter in libro apũ: ꝙ erant in flã-
dria duo viri qui cõtra ſe grauiter inimici
erant. Oportunitatẽ querebant qualiter
vnus alterũ caperet vel necaret. Erat aũt
quidã nequiſſim⁹ qui vnius ſeruus fuerat:
et alteri ſeruiebat. Ueniens aũt ad hũc cui
olim ſeruiebat: cõqueſtus eſt de dño: cuius
ad p̄ſens ſeru⁹ erat: ſibiqꝫ fore ꝑfacile ait:
vt eius manibus illũ tradat. Qui gauiſus
ei pecuniã ſpopõdit: ⁊ ſic dominũ tradidit
in manus inimici. Quo occiſo venit prodi-
toꝛ ad amicos partis aduerſe: ⁊ ſimili dolo
tradendũ illis obtulit occiſorẽ: ſed app̄hen-
ſus eſt ab illis: ⁊ oblatus eſt iudici ⁊ ſuſpẽ-
ſus. Sed ſcelus illius facto poſtmodũ cla-
ruit turpioꝛi. Amicoꝝ eñ precibus de pati
bulo deponi permiſſus eſt: ⁊ in terra ſepul
tus. Nec mora cum die ſequẽti de nocte ſe-
pultus fuiſſet: ignoti canes ſepultum mul-
tis videntibus extraxerunt: ⁊ mambratim
inter ſe miſerabiliter diſcerpſerunt. Et ſic
patet malicia illoꝝ falſoꝝ hominũ qui fin-
gunt pacem ⁊ non tenent. Dicitur yſopice.

ꝙ ſemel vulpes gallum in arboꝛe vidẽs di- G
xit. Galle deſcẽde: quia iam ſumma pax ⁊
tranquillitas facta eſt inter omĩa aĩalia: ſꝫ
gallus non ſtatim deſcendit: ſed a remoto
vidit duos canes velociſſimos venire: qđ
intimauit vulpi. Tunc vulpes dixit. Opoꝛ
tet me fugere. Rñdit Gallus: q̃re tunc dixi
ſti: ꝙ eſſet optima pax int̃ omĩa animalia?
Reſpondit vulpes. Non bene credo paci.
¶ Septimi ſunt qui in fide dubitant. Oꝛe
eñ credũt: ſed in coꝛde nõ credũt. Manife-
ſte dicũt ſe catholicos: ſed in mẽte ſunt in-
fideles. Et tales chr̃m negant adueniente
tẽtatione: ſicut Petrus chr̃m negauit. Cõ-
tra q̃s dicit̃ in euangelio. Qui me negaue
rit corã hominib⁹: negabo ⁊ ego eũ coꝛam
patre meo Lu. xij. Legit̃ in li. j. triptite hy
ſtoꝛie. ꝙ poſtq̃ Conſtantinus credidit deo
dubitauit an omnes ſui vere crederent: ⁊
vt pꝛobaret qui veri ⁊ qui ficti cultoꝛes eſ-
ſent dei: ſimulauit ſe ad cultum ydoloꝛum
redire velle. Et ſtatuto die: quidam dixe-
runt ſe paratos eſſe idolis immolare. Illi
ꝟo qui veri chriſtiani erant: dixerunt ſe pa
ratos eſſe potius moꝛi q̃ chriſtum negare H
Et illos imperatoꝛ ſecum tenuit. Alios ꝟo
expulit: dicens ſe nunq̃ eſſe fideles ſibi qui
ita parati erant deum negare. Ideo dicit̃
ij. q. vij. ca. Non poteſt erga homines eſſe
fidelis qui extiterit deo infidelis. ¶ Octa-
ui ſunt qui ſub ſpecie zeli virtuoſi: alioꝛum
actus repꝛehendunt: ⁊ magis ex odio vel
liuoꝛe q̃ ex charitate. Unde dicitur. lxxx-
vj. di. c. Odio habeant̃ peccata: ⁊ non ho-
mines: ſed coꝛripiant̃ tumidi: tolerent̃ in-
firmi: ⁊ qđ ſeueri⁹ caſtigare neceſſe eſt: nõ
ſeuientis plectat̃ aĩo: ſed medẽtis. Idẽ ptꝫ
xxiij. q. iij. c. coꝛripiant̃. ¶ Noni ſũt qui ex
amoꝛe priuato exceſſus aliquoꝝ excuſant
vel attenuant aliquoꝝ exceſſus: ⁊ aliquan-
do magis aggrauant q̃ opoꝛtet. ¶ Decimi
ſunt qui ſimulate ⁊ ficte ꝓximoꝝ ꝓſperita-
tibus cõgaudẽt: vel ficte ipſis in aduerſita-
tibus cõdolent. Quã quidẽ fictionẽ domi-
nus deteſtat̃. ¶ Undecimi ſunt q̃ ex odio
vel amoꝛe pecunie rerũ ꝯdẽnãt: ſicut ſunt
falſi iudices aut teſtes in iudicio: q̃ ſub ſpẽ
ſimulate iuſticie hoĩem occidũt. ¶ Duode
cimi ſunt q̃ malis ꝯſilijs ⁊ iniq̃s ſtatutis ꝑ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A ximos ledunt. Tales etiam tenent̄ ad re-
ſtitutionē. Explicit octauū p̄ceptū.

Incipit Nonum preceptum.

NOn falſum te-
ſtimonium dices. Iſtud eſt
nonū p̄ceptū vbi licet expli-
cite ſolum ꝓhibeatur concu
piſcentia oculoꝝ in re alie-
na. Implicite tn̄ hic prohibet̄ vniuerſaliter
omīs cōcupiſcentia ſiue cupiditas male vo
luntatis rei aliene. Nam ſupius in ſeptimo
precepto ꝓhibuit cupiditatē opis. Hic aūt
prohibuit cupiditatē cordis inordinatam.
Ideo dicit̄ Exo. xx. Non concupiſces rem
ꝓximi tui. Sequit̄. Nō ſeruū: nō ancillam:
nō bouem: nō aſinū: nec omīa que illi⁹ ſunt
Dubitat̄: vtrū lex moſayca ꝓhibuerit cōcu
piſcentiā rei aliene? Rn̄det mgr̄ Aug⁹. de
anchona ſuper Matth. dicēs: ꝙ legē moy-
ſi ꝓhibuiſſe cōcupiſcentiā rerū proximoꝝ:
poteſt intelligi dupliciter. Primo q̄ꝫtum ad
legiſlatoris intentionē ⁊ expſſionē. Scd̄o
B q̄ꝫtum ad pene trāſgreſſoꝝ: taxationē ⁊ im
poſitionē. Primo modo planū eſt ꝙ lex mo
ſayca cōcupiſcentiā ꝓhibet: qd̄ tripl̄r patet
Primo q: lex illa a deo fuit creata: vt patet
Exo. ii. Sed de⁹ plus diligit mundiciā cor-
dis q̄ꝫ opis: ⁊ ecōuerſo plus odit iniquā co-
gitationē q̄ꝫ opationē. Ergo deus in lege
illa. nō ſolum rei aliene actualem acceptio
nem. verūetiam inordinatā cogitationē ac
cipiendi ⁊ concupiſcendi ꝓhibuit. Un̄ dicit
Augu. in li. de decē cordis. Tange nouam
cordā ⁊ interficiet̄ beſtia cupiditatis. Se-
cūdo q: omīa p̄cepta illius legis tam affir-
matiua q̄ꝫ etiā negatiua inducūt ipm̄ homi
nem ad actum ⁊ opationē virtuoſaꝫ: ⁊ ma
xime ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi: q̄ dilectio
eſt forma oīm virtutū. Sed opatio virtuo-
ſa magis ꝯſiſtit in interiori intentione ⁊ co
gitatione q̄ꝫ in opatione exteriori. Nō eni
quis dr̄ iuſtus ex hoc ꝙ iuſta opa facit: ſed
ſi iuſte ⁊ aīo iuſto faciat. Nec dr̄ miſericors
ex eo ꝙ elemoſynā dat ſed ſi recto aīo dat:
ergo neceſſariū eſt ꝙ lex illa ꝓhibeat inor-
dinatā intentionē ⁊ ꝯcupiam interiorem.
Tertio q: illud p̄ceptū. Non ꝯcupiſces rem
et domū ꝓximi tui: inter alia p̄cepta illius
legis numerat̄. Et vult Aug. in li. de decē
cord. ꝙ nō furari ⁊ non ꝯcupiſcere aliena: C
duo ſunt p̄cepta legis: q: ſicut aliud eſt non
alienā rem furari ⁊ nō accipere: ⁊ aliud eſt
ipam nō appetere ⁊ nō ꝯcupiſcere. Sic ali-
ud eſt voū p̄ceptū: ⁊ aliud eſt aliud. Sed ſe
cūdo mō verū eſt lex moyſi nō ꝓhibuit con
cupiſcentiā nec cohibuit animū ſed manū.
Quia ꝑ pctō interioris cogitatiōis penam
nō taxauit: nec impoſuit penam ſicuti taxa
uit: ⁊ impoſuit penā ꝑ pctō exteriori opis:
vt oculum ꝑ oculo: dentē ꝑ dente: quinqꝫ
boues ꝑ vno boue ⁊c̄. ſic̄ ptꝫ Exo. xxij. Du
bitat̄: vtrū lex ciuilis puniat ꝯcupiam ani-
moꝝ? Rn̄det idē doctor vbi ſupra. dicēs ꝙ
lex humana in puniendo tranſgreſſores in
tribus videt̄ differre a lege diuina. Primo
quia q̄ꝫtum ad punitionē lex diuina omīa
mala vniuerſaliter punit vel docet eſſe pu-
nienda. Sed lex humana multa concedit:
vel diſſimulat propter euitationem maio-
rum malorum: ⁊ multa impunita relinquit
Unde dicit Auguſtinus in li. de libero ar- D
bitrio. ꝙ lex humana in regendis ciuitati-
bus ⁊ terris multa mala concedit: ⁊ multa
impunita relinquit: que per diuinā legem
corrigunt̄: ſicut patꝫ in meretricio ⁊ ſic de
alijs. Secūdo differūt q̄ꝫtum ad modū pu-
niendi ⁊ explicationē: quia lex humana ſo
lum punit dicta ⁊ facta: non autē cogitata:
quia cogitata non poſſunt homini eſſe no-
ta: cū hō tm̄ videat que foris patēt. Solus
autem deus intuetur cor. vt dicitur. j. Re-
gum. xvj. Et in cogitationibus ſolum ho-
mo ſubijcitur legi: ſꝫ in cogitationibus put
ꝓrumpūt in dicta vel facta hō ſubijcit̄ legi
hūane: vt duoꝝ vel triuꝫ teſtimonio poſſit
conuinci ⁊ iudicari. Tertio q̄ꝫtum ad pene
impoſitionē: q: lex humana ſolum imponit
penā tpalē: q: non pōt eſſe plus pena legis
q̄ꝫ ipſa lex. Humana autē lex non erit eter-
na: ſed ſolum in hac vita ſenſibili ⁊ animali
duratura: ⁊ poſtmodū neceſſaria nō erit.
Diuina ꝟo lex imponit penam eternā: ſicut
ipſa eterna eſt: q: celum ⁊ terra tranſibunt.
verba autē dei ex quibus eſt integra lex: in
eternū durabunt. Patet ergo ꝙ lex ciuilis
ꝑ cōcupiſcentijs ⁊ interioribus pctis tranſ-
greſſores non punit nec prohibet. Et in